Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3077

Quelle:
Copyright:

In Septuagesima duplex. *Cantemus cuncti melodum nunc alleluia* &c. Et: *Alleluia piis edite laudibus Ciues ætherei psallite suauiter aevia* (alleluia) *perenne* &c. *Fol.* 155. p. 2. Dominica IV. Quadrag. Hymnus idem, qui supra de Cathedra S. Petri. *Fol.* 159. p. 2. In Pascha. *Chorus noue Hierusalem nouam meli dulcedinem* &c. *Fol.* 161. In ascensione. *Astra polorum super ascendit* &c. *Fol.* 163. In natali Joh. Bapt. *Almi Prophete Progenies pia clarus parente nobilior patre* &c. *Fol.* 165. De S. Udalrico. *Mire Plasmator Seculi qui cuncta formans nihili* &c. *ibid.* S. Willibaldi. *Mare fons ostium atque terrarum deus* &c. *Pag.* 2. In Nat. S. Jacobi Apost. *Huius diei gloria det Christe mundo gaudia* &c. *Fol.* 166. In eod. *Bella qui carnis noua pertulistis regis æterni stabiles amici* &c. *Fol.* 167. p. 2. In Decollat. S. Joh. Bapt. *Assertor equi non ope regia nec morte dura linquere tramitem* &c. *Ibid.* In Nativ. S. Mariae. *O sancta mundi domina Regina celi inclita* &c. *Fol.* 168. In ead. *Gaude uisceribus mater in intimis. Felix ecclesia quæ sacra replicas* &c. *Pag.* 2. In Nat. S. Mauritii et Socior. *Alma Christi quando fides mundo passim traditur* &c. *Fol.* 170. In Nat. S. Galli. *Vita Sanctorum via spes salusque. Christe largitor probitatis atque* &c. *Pag.* 2. In Festiv. Omnium Sanctorum. *Christe qui Uirtus Sator et vocaris. cuius ornatur pietate quidquid* &c. *Fol.* 172. In Nat. S. Martini duplex. *Rex Christe Martini decus Hic laus tua tu illius* &c. Et: *Martine par Apostolis Festum colentes tu foue* &c. *Pag.* 2. In Nat. S. Andreae. *Laus Angelorum inclita. Spes conditorum unica* &c. *Fol.* 173. In Dedicat. Eccl. *Christe cælorum habitator alme hæc domus fulget sub honore cujus* &c. *Fol.* 174. p. 2. De S. Apostolis. *Andrea pie Sanctorum mitissime obtine nostris erratibus ueniam* &c. *Fol.* 177. p. 2. In Nat. unius Confessoris. *Hic est verus Christicola Apostolorum assecla* &c. Possibile est, Hymnos hos *Cassandro* maximam partem visos, sed, quod elumbes et solutiores putaret, neglectos; sunt tamen inter eos, qui medicam manum benigne ferrent. Illud addo, non recte legisse Virum doctum in *Prudentiano* de *Innocentibus* Hymno p. 206. *Mox omnis infans occidat.* Codex noster cum melioribus Editt. reponit: *Mas omnis* &c.

IV. *fol.* 178. *Cantica in Dominicis diebus.* Loca sunt e sacris Literis depromta, nec pro Dominicis modo, sed pro praecipuis per annum Festis, quae, cur *Cantica* adpellentur, vel quis eorum in Liturgia usus fuerit, non invenio. *Canticum* I. constat loco *Isaiae* a v. 2. C. XXXIII. ad v. 11. *Canticum* II. a v. 13. ad v. 18. &c.

DCCCLI.

Codex membraneus lat. Sec. 714
XIV. Folior. 68. 4. nigro rubroque varius est Ordo celebrandi divi-